

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Specimen Inaugurale Academicum, Sistens Luem
Animarum Boehmisticam, ubi ostenditur, quanto cum
animarum periculo Jacobi Boehmii, Sutoris Görlizensis,
scripta planè fanatica vel amentur & legantur, ...**

Wild, Adam

Altdorfii, 1705

I.N.D.N.S.F.C. Praefamen

urn:nbn:de:bsz:31-105875



I. N. D. N. S. J. C.

PRÆF AMEN.

Sunt verissima, quæ habet B. Calovius in
Præfat. Anti-Böhmiæ ita sonantia: Quan-
quam Quakerica illa scripta (Böhmiæ,
Quirini, Kuhlmanni, Joan. Rothens, Abra-
hami à Franckenberg, Joachimi Betkii, Fri-
derici Brecklingii, Ægid. Guttmanni,
quem B. D. Pfeifferus in Dubiis vexat. Cent. I. p. 8.
appellat ineptissimum nugatorem, aliorumque) indigna
videri possint, quæ legantur, nedum confutentur, utpote
ineptissima, & ab hominibus infrunitis, judicio & sensu
communi destitutis, nec nisi à spiritu Quakerici sugge-
stionibus edotis, conscripta; tamen, quia applausores
non paucos (quid diceret beatus vir, si vivus ad
nostra pervenisset tempora?) habent etiam eruditos, à
similibus Quakeris seductos, pietatis & officii Theologici
ratio requirit, ut non negligantur, sed quantopere à S. Li-
teris di varicentur, doceatur, num forte à spiritu menda-
cii abrepti ad ejusmodi absurdâ, atq. impia & diabolica
somnia, in viam veritatis reduci possint, ut ebrietate Qua-
kericâ

A

ckericâ

ckericā discussā , resipiscant à Diaboli laqueis , à quo
 captivi tenentur ad ipsius voluntatem , utq; Deus be-
 nignissimus illis det p̄onitentiam , ad cognoscendam verita-
 tem . 2. Tim. 11. 25. 26. Cūm totus fermē orbis Christia-
 nus lue laboret fanaticā , speciatim Böhmianae , aliæque
 his pejores Indifferentisticæ novitates ubique locorum ,
 quos inhabitant intempestivæ novationis amantes ,
 bonæ acceptæque ferantur ; officii autem & nostri sit ,
 ut omni irruptenti malo resistamus , I. Petr. V. 9.
 Tit. I. 9. atquæ curemus , si lux divina p̄edentem in-
 gruentibus tenebris obfuscetur , II. Tim. I. 14. neque
 mendaciis ubertim diffritis Diabolicum dilatetur re-
 gnum , sed potius diminuatur , I. Joh. III. 8. estne dor-
 miendum ? mimimè ; Christianus vigil insomnis esto ,
 ne ab hoste infensissimo sanctum depositum sibi abri-
 piatur , nec corona justitiae marcescat . Aurea sunt ver-
 ba In der treuherzigen und nothwendigen Wärnung
 für den falschen Propheten Christoph. Fischeri , quem
 D. Urbanus Regius in regimine Ecclesiæ Lüneburgen-
 sis successorem habuit , p.m. 26. & seqq. Ein treuer Leh-
 rer / ait , und Prediger soll nicht allein sie s̄ig und richtig
 lehren / sondern auch treulich den einreissenden Rotten
 und Seelen steuern und wehren / daß sie nicht in der
 Christlichen Kirchen / und bey seinen ihm in sein Geis-
 sen befohlnen Schäflein/ für deren Seelen er dem leben-
 bigen Gott am jüngsten Gerichte Rechenschaft geben
 soll und muß/einwurzeln / und ihnen hochschädlichen und
 mörderlichen Schaden zufügen ; & addit : Wer solches
 nicht thut/der ist nicht ein treuer Seelsorger / sondern ein
 untreuer Seelmörder/er ist nicht ein Seel-Hirt / sondern ein
 Seel-Verräther / er ist nicht ein Seel-Hirt / sondern ein
 Säw-

Sāv. Hirte. Ecce, quām veri piique nominis Divini
 Zelotæ olim contrā falsas, impiasq; sanctè effurbuerint
 sefas, quām irā meritā ac debitā increpārint mutos, de-
 sidesque doctores! Utinam omnes Ecclesiæ vigiles
 etiam hodiè animō viribusque conjunctis pro summā
 Dei pugnarent gloriā, ac sanā salutarique doctrinā!
 Verum maximè dolendum est, in ipso Ecclesiæ, quod
 nunquām in anteriori ætate auditum, Lutheranæ gre-
 mīo vesanā arrogantiā, nimio altercandi studio, nefan-
 dā atque stolidā fanatici sterquilinii æstimatione no-
 civo verbi Divini neglectu, atque abusu inexcusabi-
 li &c. venenosissimum nutriti serpentem, regiones
 Germaniæ fermè omnes inserpentem. Quis ignorat
 deliria, quæ ita vocare licebit, fanatica, utpote *Chilia-*
sum, *Böhmīsum*, *Enthusiasmum*, & quæ de Colle-
 giorum pietatis privatorum necessitate à quibusdam
 venditantur? Cui ignotum, opinionum illarum novarum
 vel defensionem, vel excusationem, fontem fuisse, ex quo
 præsens Ecclesiæ nostrarum diuulsio profluxerit? quæ
 summo adhuc charitatis vinculo conglutinatæ mansissent,
 si maluissimus veterum Theologorum, quotquot antea vi-
 xerunt, & laude aliquâ Orthodoxiæ Deo acceptæ, Rom.
 XII. 6. 7.) atq; nominis famâ claruerunt, vestigiis insi-
 stere, erroresq; ab iis magno consensu rejetos, par si certi-
 tate reprobare, ut ait Magnificus Vir, Dn. D. Fechtius,
 Theologus Rostochiensis incomparabilis, quem Deus
 in aëcrelcente gravi senectute gratiâ suâ suffulciat! in
Lectionum de recent. Controversijs. Præloq. Ejusmodi fal-
 fissima fanatica dogmata, atque formulas loquendi, ad
 fanaticismum suâ naturâ deducentes, non minus ac
 ipsas hæreses, vel his deterius aliud, cùm oderim atque

devitem, nemo verorum, piorumq; Theologorum mihi
vitio vertere poterit, si Dissertationem meam Inaugu-
ralem in specie contrā Böhmianæ stultitiae amatores ho-
diernos conscripsierim, commotus communis totius, præ-
sertim patriæ meæ vicinioris, Ecclesiæ morbo, cui me-
dicinam oris sui salutarem adhibeat Benignissimum
Numen, & opus manuum nostrarum felicissime se-
cundet ob cruentum meritum Domini nostri
JESU Christi! Amen.

Ezai. II X. 20.

לְתוּרָה וְלַחֲוֵת אִם - לֹא יָמְרוּ כִּרְבֶּר הַוְּרָה אֲשֶׁר
אֵין - לֹא שָׁחָר :

Ja nach dem Gesetz und Zeugniß! Werden sie
das nicht sagen / so werden sie die Morgenröthe
nicht haben.

II. Pet. I. 19.

Ἐχομεν βεβαιότερον τὸν πειθαρικὸν λόγον, ὃ καλῶς ποιεῖτε
προσέχοντες, ὡς λύχνῳ Φαίνοντες ἐν αὐχμησῷ τόπῳ, ἔως ἡ ἡμέρα
διαυγάσῃ, καὶ Φωτόφορῷ αὐατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

Wir haben ein festes Prophetisches Wort / und ihr
thut wol / daß ihr drauf achtet / als auf ein Liecht / das da-
scheinet an einem tunckeln Ort / bis der Tag anbreche /
und der Morgenstern aufgehe in euren Herzen.

J. I.